

CAPUT XXVI.

Innocentius III. V. Rothomag. a Archiep.

Per nostras postulasti literas edoceri, utrum clericus aliquis ad vacantem Ecclesiam, in qua jus obtinet patronatus, se ipsum, si idoneus est, valeat presentare. Cum igitur nullus se ingerere debeat ad ecclesiasticae praedicationis officium, inquisitioni tuae taliter respondemus, quod nullus se possit ad personatum alicujus Ecclesiae presentare, quantumcunque idoneus sit, & quibuscumque studii meritis adjuvetur. Datum Romae, &c. iiii. Idus Junii, P. N. anno primo.

NOTAE.

Rothomag. Ita etiam legitur in cap. 1. hoc tit. in 3. collect. & in epistolis ipsius Innocentii III. editis a Sileto, fol. 116. De Rothomag. diocesi nonnulla adduxi in c. 24. de rescriptis. b. Salspium. Cap. fin. de infra, tum quia tanquam ambiciosus est repellendus, cap. in rescriptis 8. qu. 1. l. si quomquam, c. de Episc. & Cleric. tum quia inter presentantem, & praesentatum...

sentatum realis debet dari distinctio, dicitur, c. fin. de infra, si tamen plures sunt patroni, potest unus ab aliis presentari, & presentatio de se facta consentire. Glosa in c. consuevit hoc tit. imo est unicuique sit, per liberam, & spontaneam institutionem Episcopi ab eo beneficium obtinere, preces emittendo, ut sibi provideat de tali beneficio, ut pluribus relictis docet Barbosa in presenti, num. 3. Potest etiam patronus filium proprium presentare, ut probavi in cap. quia clericus, hoc tit.

CAPUT XXVII.

Idem Conventrensi a Episcopo.

Cum propter laicorum discordias non debeat Ecclesiae praedictum generari, grave gerimus, & indignum, quod (sicut nostro est Apostolatus referatum) occasione diffensionis, quae de iure patronatus vertitur inter eos, Ecclesiae plus debito remanent Rectoribus viduae, quod in ipsarum grave dispendium nocitur redundare. Verum quia secundum Apostolum instantia nostra communis est omnium Ecclesiarum sollicitudo continua, volentes his, quae praesentimus, ex debito Pontificalis officii obviare, f. c. p. A. f. m. quat. si de iure patronatus questio emerit inter aliquos, & cui competit, infra quatuor menses non fuerit diffinitum, ex tunc Ecclesiam ipsam, ap. rem. de persona non differas idonea ordinare: ita quod illi ex hoc non debeat in posterum praedictum generari ab eo, qui jus egerit patronatus. Datum Later. iiii. Januarii.

NOTAE.

Conventrensi. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 2. & in ipsi epistolis Innocentii editis...

Guillelmo Sileto fol. 450. De Conventrensi diocesi Anglie egi in c. 2. de rescriptis, & commentarium hujus textus dedi supra in c. eam te.

CAPUT XXVIII.

Idem Archid. Cancell. & Decano a Altissiodoren. Parisien.

Cum dilectus f. Magister Vv. de Piecrey pro seipso, & Magister H. de Fernemaco pro Decano de Ameli pro Ecclesia de Bardevill invicem litigarent, illis dil. f. G. sancta Maria in Porticu Diaconum Cardin. concessimus auditorem, in cujus praesentia idem magister proponendo monstravit, quod cum olim ven. f. n. b. Olfien. Episcopus legationis officio fungere in partibus Gallicanis, & Vv. de Montibus insignisset characterem clericali, dil. f. Archid. Carnot. mandavit, ut Ecclesiam, quam in Archidiaconatu suo primo vacare contingeret, donationi suae reservare curaret, inhibens ne alicui conferret eandem, in qua disposuerat eidem Vv. non habenti beneficium providere. Processu demique temporis, cum in morte O. quondam Decani Alneoli Ecclesia de Borovilla vacasset, idem Archidiaconus contra mandatum ejusdem Legati, tam ipsam, quam ipsam Decanatum G. f. n. concessit, qui altam Ecclesiam in eadem diocesi nocitur habere. Quod cum ad praedicti Legati notitiam pervenisset, eos ad suam praesentiam convocavit, & de prudenti consilio Archidiaconi facto castato, antedictam Ecclesiam sic vacantem praetato Vv. concessit. Et infra: Vacante vero quadam praesentia in Ecclesia S. Marci Carnoten. cui ipsam Magistram G. continebat de iure patronatus, Episcopus pia providentia, seu provida pietate considerans, quod praesentia ipsa, cui cura animarum non erat annexa, magis sapienter Vv. congrueret, quam eadem Ecclesia de Borovilla, quae Pastore assiduo indigebat, Ecclesiam ipsam vacantem eidem Magistro ad praesentationem dicti Archidiaconi, nullo contradicente concessit, & praesentiam illam praetato clerico assignavit. Unde ipse Magister supplicabat, eandem sibi Ecclesiam confirmari, utpote quam canonice, ac etiam ad praesentationem veri patroni, se dicebat adeptum. Econtra procurator Decani respondit, quod est dictus Legatus donationi suae reservari mandaverit primo in Archidiaconatu Carnoten. Ecclesiam vacantem, circa tamen praedictam Ecclesiam hoc facere de iure non potuit, quia talis potestas sibi minime competeat, cum praesentatio clerici ad illam Ecclesiam, non tanquam clerico, sed d. quasi laico ratione patronatus, non iure Archid. pertineret. Unde cum inhibitionem ipsius ob hoc idem Archidiaconus custodire minime teneretur, alium ad eandem Ecclesiam de iure potuit presentare; ac praesentatio eius debet, ex quo idonea facta est, firma censeri. Nos igitur his, & aliis, quae coram eodem auditore fuerunt proposita, nobisque relata, fideliter per eundem diligentius intellectis, attendentes quod est praesentatus Archid. memoratum Decanum, tanquam laicus ad illam praesentasset, quia tamen ipse Decanus per dioecesanum Episcopum admittitur non fuit, sed alius ab eodem Archidiacono praesentatus, a dioecetano fuit Episcopo institutus, juxta statutum bon. m. e. Alex. PP. praedecessoris n. non primus, sed secundus jus est in eadem Ecclesia assequutus, est memoratus Archidiaconus praesentavit Decanum: quoniam in eo, quod tanquam clericus faciebat suberat jurisdictioni Legati: unde quia postquam idem Legatus donationem ipsius Ecclesiae sibi decreverat reservandam, ad tam tanquam clericus non potuit quempiam presentare, praesentationem minus canonice factam fuisse decrevimus, & ea penitus non obstante, concessionem ejusdem Ecclesiae factam Magistro Vv. ultro pronunciamus canonicam extitisse: cassantes nihilominus, quod per delegatos a supra dicto Archiepiscopo Senon. post ap. ad nos legitime interpositam extitit attentatum, adjudicantes eidem Magistro praesentam Ecclesiam cum fructibus medio tempore perceptis ex ea, plene, ac pacifice possidendam; praedicto Decano super hoc perpetuum silentium imponendo.

NOTAE.

Altissiod. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. cap. 3. De Decano Altissiodorensi, & eius jurisdictione nonnulla adduxi in c. 14. de praesumptis. b. Hostiensis Episcopus. Hugolinus videlicet Anagninus Comes, qui Innocentio III. successit, & Gregorius IX. dictus fuit. c. Servare. Legatus enim a latere potest reservare primum beneficium vacantem, etiam si eius praesentatio spectet...

ad patronum ecclesiasticum, ut probavi in cap. licet, de offic. legati, ubi commentarium hujus textus dedi. d. Quasi laico. Quo casu Legatus etiam a latere non potest derogare iurisdictioni, nec beneficia talis iurisdictionis laicali conferre; imo est a Pontifice super his beneficiis rescripta gratia impetrentur, retineri solent per iudices saeculares, ut probat Chopinus de sacra pol. lib. 1. tit. 4. Salgado de revent. bullar. 2. part. Salcedo de lege pol. lib. 2. c. 7. in 26. Zypicus ad hunc tit. consulti. 4. e. Alexandri PP. In cap. quod autem, supra hoc tit.

CAPUT XXIX.

Idem a Helienf. Episcopo.

Pastoralis officii. Et infra: Cum autem saepe contingat patronos Ecclesiarum laicos nunc unum, nunc alium ad vacantem Ecclesiam presentare, sollicito postulasti per Sedem Apostolicam edoceri, an clericus ad aliquam Ecclesiam a patrono laico presentatus, si dioecesanus Episcopus ipsum non duxerit admittendum, ex hujusmodi praesentatione aliquid juris assequatur in illa: & si forte idem ad Sed. Apost. appellaverit, & post appellationem ab ipso interpositam, idem patronus alium curaverit presentare, ac Episcopus secundo instituerit presentatum, idem ab ipso merito debeat amoveri. Nos igitur bonae memor. e. Alexand. PP. praedec. not. pro sua reverentia vestigiis inherentes, qui inter presentatos a laico conditionem possidentis censuit meliorem, dicimus quod institutio presentari secundo loco a laico patrono robur obtinet firmitatis. Verumtamen constitimus, ut Episcopus, qui presentatum idoneum malitiose recusavit admittere, ad providendum eidem in competenti beneficio compellatur, quantum d. puniatur in eo, in quo ipsum non est dubium deliquisse.

NOTAE.

Helienf. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. cap. 2. & in cap. pastoralis, de rescriptis, ubi alias partes hujus Decretalis congemimus, & praesentem inscriptionem exposuimus. b. Appellaverit. Sed quomodo appellatione rite interposita potuit admitti secunda praesentatio, ne attentata revocetur, contra adducta supra in c. 1. de appell. Respondetur, quod...

licet haec secunda praesentatio facta fuisset pendente appellatione, non tamen fuit celebrata contra appellationem, quia tunc primo presentatus appellavit a denegatione institutionis, non vero petiit, ne secunda praesentatio fieret, ut dicit Balboa in c. 1. de appellat. n. 48. c. Alexander. In cap. quod autem, hoc tit. ubi commentarium hujus textus dedi. d. Puniat in eo. Cap. non est, de tempor. ordin. lib. 6.

CAPUT XXX.

Idem a Auriensi Episcopo.

Postulasti per Sed. Apostolic. edoceri, ut cum Rectores parochialium Ecclesiarum quandoque quosdam presentent ad suarum Ecclesiarum titulos ordinandos, utrum electio talium ad ipsos Rectores pertineat, vel etiam ad patronos: & si in his patronorum non est requirendus assensus, utrum jus illis salvum remaneat eligendi, ut cum ipsas Ecclesias vacare contingerit, titulum hujusmodi non sint aliis praesentandi. Ad quod f. t. b. respondemus, quod per intulacionem hujusmodi nullum patronis praedictum generetur, quin possit alios ad ipsas Ecclesias, cum vacaverint, presentare, nisi de patroni processisset assensu.

NOTAE.

Auriensi. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. fin. De Auriensi diocesi Gallicae nonnulla notavi in c. cum causa, de probat.

COMMENTARIUM.

In hoc textu agitur de intulacione in Ecclesia iurisdictionis, pro cuius expositione plura adduxerunt Covar. & Lambert. congesti a Barbosa in presenti. Egi breviter sciendum est, nonnumquam Parochos, seu Rectores Ecclesiarum parochialium facere, imo & postulare ab Episcopo, ut alius clericus tanquam socius secum ordinetur, & instituat in propria Ecclesia; quo casu ne beneficium dividatur, consti-

tuatur certa portio clerico noviter ordinato ex fructibus ipsius beneficii solvenda, c. cum non ignoras 15. de praesent. cap. 37. de simon. docet Quintanadvenas lib. 3. ecclesiasticum, num. 19. & iam notavi in capite 2. de probat. Dubitatur ergo ab Episcopo Auriensi, an quando ad petitionem Rectoris Ecclesiae parochialis patronus habentis aliquis intulatur, id est ordinatus erat, mortuo Rectore haberet jus aliquando ad ipsam Ecclesiam? Et respondet Innocent. III. illum nullum jus habere, imo patronum posse presentare, quem maluerit ad Ecclesiam parochialem vacantem, nisi patronus consentisset ipsi institutioni; quia tunc defuncto Rectore tenetur illam ratam habere, nec potest eam infirmare.

CAPUT XXXI.

Gregorius IX. Archiep. a Eborac.

Transmissis ad nos tuis litteris continebat, quod cum Capitulum Eboracen. Ecclesiam de Gameforde vacantem, in qua jus obtinet patronatus, A. clerico concessissent, ipsi postmodum L. clericum tibi ad eandem Ecclesiam presentarunt, post appellationem ab eodem R. ad Sed. Apost. interjectam. Et infra: Consultationi tuae taliter respondemus, quod cum ex vi iurisdictionis non concessio, sed praesentatio pertineat ad patronum presentatum (si aliquid non obstat canonicum) intingere in ipsa Ecclesia poteris, utpote potiorum.

NOTAE.

Eboracensi. De Metropoli Eboracensi Angliae egi in c. 2. de rescriptis.

COMMENTARIUM.

Praesens Gregorii decisio ex supra traditis, & Lepius in hoc titulo incertis facile exponitur. Supponit enim Pontifex, iurisdictionem spectasse ad Capitulum Eboracense, & ita ecclesiasticum fuisse, & vacante Ecclesia de Gameforde Capitulum non presentasse, sed concessisse ipsam Ecclesiam R. qui cum ab Archiepiscopo non admittetur, quia ab eo institutionem non acceptat, ad Sedem Apostolicam appellavit: Capitulum agnoscentes virtute iurisdictionis non concessione, seu collationem, sed tantum praesentationem sibi competere, Lucium ab Archiepiscopo instituendum presentavit. In hoc casu consultus Gregorius decrevit secundum, Lucium videlicet, ut potiorum esse instituendum, nam licet Capitulum ut patronus ecclesiasticus, si semel presentasset Rectorum, non posset postea variare, ex traditis supra in c. quod autem; tamen cum ipsum non presentasset, sed absolute ipsi Ecclesiam concessisset, concessio ipsa nulla fuit, & sic non potuit impedire, quominus Capitulum Lucium utiliter, & valide presentasset; & quia ipse in praesentatione primus erat, habet Gregorius Archiepiscopus, Eborac. ut ipsam tanquam potiorum influunt, rejecto R. ex traditis supra in c. 4. hoc tit.

cessione, seu collationem, sed tantum praesentationem sibi competere, Lucium ab Archiepiscopo instituendum presentavit. In hoc casu consultus Gregorius decrevit secundum, Lucium videlicet, ut potiorum esse instituendum, nam licet Capitulum ut patronus ecclesiasticus, si semel presentasset Rectorum, non posset postea variare, ex traditis supra in c. quod autem; tamen cum ipsum non presentasset, sed absolute ipsi Ecclesiam concessisset, concessio ipsa nulla fuit, & sic non potuit impedire, quominus Capitulum Lucium utiliter, & valide presentasset; & quia ipse in praesentatione primus erat, habet Gregorius Archiepiscopus, Eborac. ut ipsam tanquam potiorum influunt, rejecto R. ex traditis supra in c. 4. hoc tit.

TITULUS XXXIX.

De censibus, exactiombus, & procuracionibus.

CAPUT PRIMUM.

Ex Concilio a apud Guarmac.

Sancitum est, ut unicuique Ecclesiae unus mansus integer absque ullo servitio tribuatur, & presbyteri in eis constituti, non de decimis, nec de oblationibus fidelium; non de domibus, nec de atriis, vel de hortis juxta Ecclesiam positos, nec de praedicto manso aliquid servitium faciant praeter ecclesiasticum; & si quid amplius habuerint, inde b. senioribus suis debitum servitium impendant.

D. D. Gonsal. in Decretal. Tom. III.

Et

NOTAE.

Guarma. Ita etiam legitur in prima collectioe, sub b. Barchardus vero lib. 3. *Decretis*, c. 52. Carnotensis p. 3. c. 55. legitur, *quod Normanniam*: etiam reperitur textus hic lib. 1. *Cap. Caroli*, c. 90. eisdem verbis ac in præsentî: quæ omnia licet sint diversa, non tamen sunt contraria, cum plerumque Concilia Vvormatensis dicantur Guarnatiensis, a civitate Vvormatia, seu Guarnaria, quæ est in Gallia ad Rhenum, sæpius subverta, & sæpius a Galliarum Regibus instaurata, quæ a Brunichilde Regina venustate illustrata, sedes Regum Gallie effecta fuit, & Cathedra ejus Archiepiscopalis translata in Moguntiam, In ea ergo urbe varia Concilia celebrata fuerunt: quatuor relict Coriolanus in summa; & cum ex canonibus in eis editis plures transcripsisset Carolus inter sua Capitularia, ut relict Ant. August. in *opit. jur. Pont.* in princip. cit. de collect. canonum, c. 22. qui etiam *dialog.* in Gratianum, n. 12. docet Concilia, maxime in Gallia, & Germania celebrata fuisse Capitularia; in de præfens canon, qui editus fuit in Concil. Guarnat. seu Vvormat. reperitur inter Capitularia lib. 1. c. 90. & Egbertus Archiepiscopus Eboraensis in suis excerptis ita canonem hunc transcripsit: Unicusque Ecclesia vel una mansa integra abique alio servitio attribuat, & presbyteri in eis constituti, non de decimis, nec de oblationibus fidelium, nec domibus, nec de arvis, vel hortis juxta Ecclesiam positæ, neque de præscripta mansa aliquid servitium faciant, præter ecclesiasticum; & si aliquid amplius habuerint, inde senioribus suis secundum patriæ morem debitum servitium impendant. Excerpta hæc sunt, & reperuntur *10. 17. Concilior. fol. 493.* in Regia editione, & in Concilio Meldensi *can. 63.* ita Patres sanxerunt: Ut secundum canonicam auctoritatem, & constitutionem Domini Imperatoris Ludovici de agro ecclesiastico, & manso, ac mancipiis, quæ ipsæ suis capitulis constituit, vel si quilibet pro loco prædictæ mansæ largitus Ecclesie fuerit, nec de decimis, & oblationibus fidelium cuiquam presbytero, aliquem censum persolvere cogar. In quibus auctoritatibus eadem sententia proponitur, quam statim exponemus, & sere per eadem verba in omnibus legitur, & statuitur.

b. Senioribus. Senioribus dicuntur majores, nobilesque Ecclesie, seu populi. De senioribus Ecclesie agit in actis paragonis Concilii, & Felici post collationem Carthage: ibi: Episcopi, Presbyteri, Diaconi, seniores plebs, ecclesiastici viros. Et paulo post: Maximus dicit, Longior nomine seniorum Christiani populi, & catholica legis. Eorum memorant D. August. *lib. 3. contra Crescon. c. 56.* ibi: Reverentis presbyteri, & seniores Ecclesie Mauritanie regionis. Et *epist. 126. ibi.* Dilatissimis fratribus, clero, senioribus. Et universis plebs Ecclesie Hipponeensis. Epistola synodalis Concilii Caharitanæ apud eundem August. *in epist. 36. sic.* Necessè nos fuerat Primiani causam, quem plebs sancta Carthagenensis Ecclesie Episcopum fuerat in ovile Dei sortita, seniorum litteris ejusdem Ecclesie postulantibus audire, atque discutere. *Operum lib. 1.* Erant Ecclesie ex auro, & argento quamplurima ornamenta, quæ nec desudare terere, nec secum portare poterat, quæ fidelibus senioribus commendavit. Et paulo post: Convocatur supra memorati seniores, qui facibus avaricie commendatam ebiberant prædam. D. Ambrosius in *epist. 1. ad Timoth. c. 5.* Synagoga, & postea Ecclesia seniores habuit, quorum fuisse consilio nihil ageretur in Ecclesia. Tertul. *in Apolog. Præfident probati quinquæque seniores, honorem litum non pretio, fed testimonio adepti. Gregor. 1. d. P. 11. epist. 19.* Si quid de quocunque clerico ad aures tuas pervenerit, quod te iuste possit offendere, non credas, sed presentibus Ecclesie tuz senioribus diligenter est persequenda veritas. Inde seniores, pro Episcopis, & Præpositis habentur in Concil. Toler. *4. can. 23.* relato in *c. 1. q. 1. c. 10. 84. dist. Concil. Matifcon. 1. can. 5.* ibi: A senioribus conceatur. De senioribus laicis agit in *can. 91.* *Eccles. Afric. ibi: Magistratus, vel seniores locorum,* Novella Leonis, & Majorani ad *Basil. PP. 11. c. 1.* Illustri sane, & præcella magnificentia tua omnium provinciærum Rectores suis auctoritatibus admonebit, ut principales, vel seniores urbium singularum, tam Curiarum, quam reliquorum corporum. Gregorius Turon. de Theodoro Massiliensi Episcopo loquens, ibi: Ille epistolam, ut ajunt, manu majorum Childeberti Regis subscripam protulit, dicens: Nihil per me feci, nisi quæ mihi a Dominis nostris, & senioribus imperata sunt. Et in *collat. Carthage. cognit. c. 5.* Universos etiam cunctarum provinciærum Caratores, Magistratus, & omnis ordinis viros, & necnon & auctores, prædicatores, vel seniores singulorum locorum pari admonitione convenio, quatenus in civitatibus, locisque, in quibus consistant, utriusque partis Episcopos convenire, vel suggestorum confessione, vel sub cuiuslibet scripture documento extante festinent. Et *lib. 1. c. 48. ibi:* Ut Episcopi provideant, quem honorem presbyteri pro Ecclesie suis senioribus tribuant. Et *c. 58.* Ut muliis presbyter chartas scribat, nec conductor sui senioris existat. Quibus opponantur juniores populi, de quibus *lib. 1. Capitul. Caroli. c. 167. ibi:* Ut primo omnium seniores, metipios de ebrietate caveant, & eorum junioribus exemplum bonum sobrietatis ostendant. Et *lib. 3. c. 63. de vultu gari populo:* Et unusquisque suos juniores distinguat, ut melius obediant, ac melius consentiant mandatis imperialibus. In legis Aleman. *tit. 2. l. 5. Si quis, qui juniores habet, occidit.* Gregorius Turon. *lib. 7. c. 26. ibi:* A junioribus Ecclesie

esset bannus exigi pro eo, quod in exercitu non ambulasset. Concil. Matifcon. *1. can. 8. Paris. 2. can. 13.* Narbonense sub Recharedo, *c. quinquagesimo, 33. q. 2. plura de senioribus junioribusque congregantur Bigonius ad Marculfum lib. 1. c. 3. Ju. stel. in notis ad can. 91. c. 100. colit. can. Ecclesie Afric. Bofquetus in notis ad Innot. III. lib. 2. regest. 14. ep. 13. Georg. Ambian. ad Tertul. c. 39. *deserv. 7. Berrucius de verbis sancti virio Senior, Cuiac. lib. 1. feudor. tit. 1. fol. 809.* Lindembrog. in *glossar. verbo Junior.**

COMMENTARIUM.

Difficilis valde est textus hic, tam in verborum serie, quam in sanctione: spectat ad jus antiquum Gallie, ex cujus provincia legibus tantum explicari, & illustrari debet: & qui voluerit juxta jus commune aliarum gentium illum accipere, in miseros lapsus passim incidet. Prius ergo sciendum est, quid sit mansus integer, ex quo servitium aliquod præstandum non est; quod anxie querunt Cujac. *lib. 1. feud. tit. 1.* Boetius Epon. *in. 2. non minus, n. 61. de injunctis. Eccles. Pennensis lib. 3. hist. canon. regul. c. 2. n. 3. Filescus in c. 4. §. 2. de officio. Germonius ad hunc tit. & de ind. Cardin. §. Pro qua. n. 12.* Bolquetus ad Innot. *lib. 1. epist. 21. Zarda in advent. c. 177. §. 185. n. 119.* Sirmondus ad Capitul. Caroli, *fol. 23.* Lindembrog. in *Glossar. verbo Mansus, Althefera lib. 6. differe. c. 11.* Et mansus est certus agrus modus, cum structura ad culturam, & mansionem necessaria. Henricus Imperator in diplomate apud Latinum: Unum regalem mansum cum omnibus suis pertinentiis, & utriusque sexus mancipiis, terris cultis, & incultis, arvis, pratis, piscibus, molendinis, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, sylvis, venationibus, & ginationibus, cum omni utilitate, quæ aut describit, aut nominari potest, in proprium tradidimus. Mansus integer, de quo hic, idest juris terræ mansuris completus, continet duodecim jugera tertæ.

Dos igitur cujusque Ecclesie parochialis ad minus mensurata, & de juratore. in *5. compil. Antonius lib. 5. lib. c. 10. ibi:* Volens etiam Imperator Carolus unamquamque Ecclesiam habere proprios sumptus, ne perhucscemodi inopia in cultus negligenter divini, inseruit prædicto edicto, ut singulae Ecclesie mansus tribuatur, unus cum pensionatione legitima, & servo, atque ancilla. *Com. Colera sub Ca. 1. solo Crasso can. 4.* Nec ex dote Ecclesie, idest ex uno manso, & quatuor mancipiis censu exigatur. *Metense can. 2.* De uno manso, & de tertis pro sepultura datis, & pro quatuor mancipiis, vel eorum procreatione nullus census inceptus exigatur. Licet aliquando pro facultatibus, & pietate fundatoris Ecclesie, duo, vel plures mansi assignentur. Sanct. Stephanus Rex Hungarie *lib. 2. Decret. tit. 34. n. 2.* Dorem parochialis Ecclesie sic constituit: Decem villæ Ecclesiam adificat, quam duobus mansis, totidemque mancipiis dorem, equo, & jumento, sex bobus, & duobus vacca, triginta quatuor minutis bestis. Quod vero mansum canones appellant, Concilium Valemium Gallie colonicam, vestram appellat *can. 9. ibi:* Saculares, & fideles laici, si pondere basilicæ voluerit in prædium suis, sicut edictum piissimorum Augustorum continet, unam colonicam vestram cum tribus mancipiis donationis gratia eis conferant, moxque Episcoporum juri, & sanctæ matris Ecclesie eadem basilicam submittant. Notatur Lemait. *lib. 2. de bonis Eccl. c. 11. Filesc. in c. 4. §. 2. de off. ord. Et certe tanta religio tenebantur veteres erga parochiarum sacerdotem, ut netas esse crederent quicquam de integritate mansi prædii Ecclesiastici debere. Unde Archidiaconi Ecclesias illustrantes solebant in primis sacerdotum commodis prospicere, & percontari, num mansum integrum, & justam terræ portionem obtinerent. Quod si quid desset, tunc certe parochianum ad supplementum justæ mensuræ congruentem cumalio adiebant. Patet ex capitul. Hincmar. Rhemenf. *tom. 3. Cont. Gall.* in quibus Archidiaconis imperat, ut inquirat de manso Ecclesie? Si habeat mansum habentem unamquamque duodecim, præter camerarium, & certam ubi Ecclesia, & domus ipsius continetur; aut si habeat mancipia quatuor. Deinde sciendum est, varia olim fuisse mansorum genera, alii dicebantur tribuales, alii indomiticati, ingenuiles alii. Aymonius monachus *lib. 5. hist. cap. 35.* ubi de tributo, quod Carolus Calvus Romam profecturus in universa Gallia pendit constituit, terram universam dividit in mansos ingenuiles, & indomiticatos, his verbis: Piacitum generale Kaleadis Junii habuit, ubi per capita, qualiter Regnum Francie filius suus Ludovicus cum fidelibus, & regni primoribus regeret, ulquedum Roma rediret, ordinavit, & quomodo tributum de parte Regni Francie, quam ante mortem Lotharii habuit, sed & de Burgundia exigeretur, disposuit, scilicet: ut de mansis indomiticatis solidus de unoquoque manso ingenuo, quatuor denarii de censu dominico, & quatuor de facultate mansuarii; de manso vero servili duo denarii de censu dominico, & duo de facultate mansuarii conferendo, & itaque de mansis tribuales cum agris tributaris non erit difficile eorum naturam assequi, & conjectari. Nempe mansi tribuales sunt quibus a Principe tributum erat impostum ad onera bellica, & sumptus Republice procuranda. Tributorum autem originem referunt ad Carolum Magnum, qui fracta Longobardorum fœderate, victis civitatibus tributum imposuit, quod maxime penite cogeneratur cum iter per Provincias Imperator faceret, ita Sigonius de regno Italia, *lib. 4. n. 1.* Feudatarius, inguit, civitatis, Ecclesiæ, ac monasterii certa tributorum genera imposuit, lo-*

derum, parataram, & mansionicum appellata, quæ advenienti porissimum in Italian Regis perloquerent. Quæ deinde pro ipsis, & successorum eorum servitio, aut ex parte levata, aut in totum remissa sunt. Foderum autem, paratara, & mansionicum erat certa tributa, ut exponit idem Carolus Sigon. *lib. 7. de Regni Italia, sub Orthodoxo Magno:* ubi agens de Longobardis, qui in tributis imponendis veteres Gallos imitari solent, ait: Tributa, quæ de his Federicus a Franciis instituta retinuit, fuisse foderum, paratara, & mansionicum. Foderum summa quædam tributa fuit, quam adventum in Italia Regi populi solvere tenebantur, pro quo sæpe etiam estimata pecunia pendebatur: paratara sumptus, quem idem in vias, ponteque sumium, quæ transirent, aut quo audirent Rex erat, refectioque impendere: mansionicum vero sumptus in tributa, &c., quæ Regio exercitui in agro hospitalis necessaria præbere jubebatur. De fodo agit *lib. 3. legum Longob. tit. 8.* apud Fridericum de pace *Constans.* Petrum de Vineis *lib. 2. epist. 59.* De mansionico *lib. 2. capit. tit. 17.* De paratara ex septima formula Marculfi, Mansus indomiticatus nihil aliud erat, quam prædium aliquod insignis, ubi nobilium domicilium erat: hodie dicimus, *Servior de ad castro a lugar: de eo Aymonius lib. 5. §. 35. agit.* Mansus vero ingenuiles dicebatur ille, quem domibus prædicandam tradebat hominibus ingenuæ, fide liberæ conditionis, quibus unum præter mansuarius, qui certum censum, seu pensionem, five nammariam, sive framentariam domini prædii persolvebat: de quibus mansus plura tradit Lemaitre de bonis *Eccl. lib. 7. c. 2.*

Hic animadvertis, jam apparet verus sensus præsentis canonis: in eo jubent PP. Ecclesie Gallicanæ, ut unicuique Ecclesie unus mansus integer, idest, instructus, & vestitus abtque ullo servitio tribuatur, idest abtque tributo, videlicet fodero, paratara, & mansionico; quia mansus pro dote Ecclesie assignatus immunitus est a quocunque servitio. Concil. Meld. *can. 63. &* in capitul. Heraldi Turon. *c. 40. &* in canonibus Iteaci Lingonensis in præfatione cautum fuit, ne cuiquam servitio onerosus sit mansus Ecclesie; & decretum id statuerat Carolus, & Ludov. *lib. 5. capitul. c. 45.* his verbis: De uno manso ad Ecclesiam datus, quæ aliqui homines contra statuta sui servitium exigunt, quicquam pro hac causa accusatus fuerit, Comes, vel missus, hoc quod inde substractum est, presbyteris cum lege sua restituere faciant. Et sanctissime quidem ita prospeditum est, ne mansus, aut redditus Ecclesiarum parochialium ullo onere preterentur, neve ex earum dote illum censum laici perciperent, quia temere Ecclesiarum fundatores sæpius illum extorquebant. Concil. Prolejan. *can. 6.* Metense *can. 2.* Coloniense *can. 4.* Valentiniense *can. 9.* ibi: Item quia parochiales presbyteri indignæ secularibus premuntur, nullaque reverentia sacerdotali gratia, aut aliquid servatur; & quia possessores, vel dotes basilicæ collata irreverenter auferuntur, placuit, ut ipsi presbyteri sub Episcopis, quibus adjutores sunt, maneat, & sub matre Ecclesia liberæ, & quiete officium Ecclesiasticum exequantur: dotes vero fidelibus designatæ basilicæ ad hoc, quod statutum est, ab eis vindicentur, nullaque reddiditio census inde a quolibet seculari exigatur. Imo & Episcopis, & Archidiaconis prohibebatur ex his mansis ullum servitium exigere, *capit. s. lib. ubi ita caveat:* Ne vero Ecclesie illis committitur in restauratione, aut luminariis, iuxta possibilitatem rerum ab illis negligenter, vestra nihilo-

minus invigilare debet solertia; & sicut alios prohibetis, ne de mansis ad Ecclesiam luminaria datis, aliqui accipiant, sic & vos, & vestri Archidiaconi, de eisdem mansis nihil accipiendo alii exemplum præbeat; fed potius ad id, ad quod data sunt, servite concedatur, ut totum, sicut dicitur est, in restauratione Ecclesiarum, & luminariis vestra solertia, & studio cedere possit. Ex manso igitur, idest propria dote Ecclesie non tenebatur presbyter aliquid servitium domino mansi, qui illum pro dote assignavit, impendere, nec de decimis, & oblationibus in ipsa Ecclesia præcipis; fed tantum spirituales, seu Ecclesiasticum servitium illi præstare debebat. Conc. Prolejan. *can. 6. ibi:* Quia mitis & humilis magistri discipuli sumus, presbyteri nostri humilitatis exempla, ac monita dare debemus, videlicet in quorum ditione sue consistunt Ecclesie, congruum honorem, & obsequium impendat debitum, idest spirituale, arque Ecclesiasticum; & hoc sine ullo typho, vel contentione, vel rebellionem, salvo namque ministerii sui iure debeat esse gratiosus exhibere senioribus, & parochianis suis, de quorum oblationibus vivunt, & cum debita humilitate spiritualia eis obsequia ministrare.

Hæc de mansis pro dote Ecclesie assignatis, & eorum immunitate ab omni servitio temporalis. Sed quia Ecclesie ultra dorem plerumque alium mansum habebant, seu alia prædii, quæ erant velati dotis incrementum, nec ita in subdium necessitatis Ecclesie deserviebant, mansi illi, si antequam Ecclesie traderent, tributum exolvebant, similiter & postea illud pendebant, ut Imperatores Carolus, & Ludovicus, sanxerunt *lib. 4. Capitul. c. 37. ibi:* Quicumque terram tributariam, unde tributum ad partem nostram esse solvatur, vel ad Ecclesiam, vel cultibus aliorum tradiderit, is qui eam suscepit, tributum quod inde solvabatur, omni modo ad partem nostram persolvat, nisi forte talem firmam de parte Dominica habeat, per quam ipsam tributum sibi donatum possit ostendere. Unde, si fallor, apparet verus sensus præsentis canonis, in eo enim nullo modo agitur PP. de aliquo servitio Episcopis, fed aliis superioribus Ecclesiasticis præstant, ut volebat Primarius noster Patrex in *reper. ad hunc text.* fed de tributo ex manso Ecclesie, vel aliis prædii ab ea possessis solvendo seniori, idest, pristino Dominio mansi, vel Principi: & PP. sanxerunt, firmantque Imperatores Carolus, & Ludovicus, quod unaquaque Ecclesia suum mansum integrum, idest instructum, ut supra retuli, haberet, & presbyteri in ipsis Ecclesiis constituti, nec de decimis fidelium, aut oblationibus, preventibus ex domibus, arvis, vel hortis, neque ex ipso manso aliquid servitium faciant temporale; fed tantum Ecclesiasticum, hoc est spirituale, ut in dicto canone 6. Concilii Prolejan. sicut patronus, qui a libertis sacris ordinibus initiato non potest operas temporales exigere, spirituales vero petere valet, *c. 1. de libertatis, de servis non ordin.* Si autem ipsæ Ecclesie alia prædii habent, ultra prædictam mansum, ex his tributum quod pendere solebant senioribus, idest Iudicibus, aut Magistratibus, seu Dominis illius prædii, debitum servitium impendant; quia tunc prædii illa transeunt cum suo onere, nec familia prædii habent privilegium dotis Ecclesie. PP. enim, & Imperator privilegium hoc exemptionis concesserunt manso Ecclesie, quia necessarius est ad alimoniam Rectoris, & aliorum ministrorum Ecclesie, necnon ejus luminaria, & similia, non autem aliis prædiiis, quæ pro dote Ecclesie assignata non erant, in quibus aqualis ratio favoris, & necessitatis non vigeat.

C A P U T II. a Augustinus super epistolas ad Romanos.

Omnis anima sublimioribus & potentibus subdita sit. Et infra: Et vos subditi esse debetis. Ideo enim tributa præstatis, quia hæc est probatio subjectionis.

Augustinus. Ita etiam legitur in prima collectioe, sub hoc tit. cap. 2. Sed hæc verba non reperuntur inter opera D. Augustini: extant tamen priora illa: Omnis anima sublimioribus potentibus subdita est, in epistola 13. D. Pauli ad Romanos; illa autem, Et vos subditi esse debetis, exprimunt sententiam Glossæ ordinariæ, quæ ait: *Et ita subditi; &* illa, Ideo enim tributa præstatis, sunt D. Pauli, tandem illa, Quia hæc est probatio subjectionis, sunt Glossæ interlinearis; unde Compilatores textum hanc ex ipsâ D. Pauli epistola, & ejus glossa transcripserunt.

b. Omnis anima. Idest omnis homo, ut passim in facta pagina anima sumitur, ut actum Apost. cap. 7. *Accersit Jo. siph. patrem suum Jacob, &* omnem cognationem in animabus spirituâquinque. Exodi cap. 1. Omnes animæ, quæ egressæ sunt de ventre Jacob. Ezechielis cap. 4. *Ece anima mea non est polluta.* Itaq. cap. 49. *Ad contrahendum animam.* Et passim.

c. Potestibus. Idest Principibus, & Magistratibus, qui potestate regendi, & imperandi polent. Panitur enim abstractum pro concreto, videlicet Potestatibus, idest potestate præditiis, ut in c. de iur. de iudicis.

Pro hijs textus expositione sciendum est, apud Hebræos Judam Galilianam, seu Galileam, cum suis seclatoribus in eorum terra, videlicet solam Deum esse recognoscendum tanquam Principem, & Dominum; omnes vero Principes humanos, & per consequens omne regnum politicum esse respiciendum, ut relict Josephus *lib. 18. antiq. c. 1. &* *lib. 9. de bello Judæico, c. 29. §. 31. &* tradit D. Hieronym. in epistola Pauli ad Titum, c. 2. Quare calumiose interrogantur Judei Christum Dominum nostrum, an liceret tributum Cesari solvere? Ut si responderet, tributum esse solvendum, juxta opinionem eorum infringeret legem libertatis per Moysen datam: si autem solvendum non esse diceret, in Cesarem peccaret. Et quia Christus Dominus, & ejus Apostoli origine erant Galilei, & simul legem, quam prædicabant, appellabant legem perfectam libertatis, *Thomasi c. 8. ibi:* Si ergo vestros liberavit, vult liberi erit, ideo Apostoli, & primi Christiani de hoc errore constantissimè sapienter fuerant, ut conlata ex Justino Martyr. *apolog. 2. Clem. Alex. lib. 4. Strom.* qui relict inter alias causas persecutionis Ecclesie hæc uno fuisse, quia videlicet per legem Evangelicam, quam audiebant esse libertatis, Regna, & Republicas seculares everti Gentiles credebant; unde Apostoli ut hæc erroris causam tollerent, sæpe sæpius prædicarunt Principibus esse obediendum, illique tributum solvendum, ne in odium traheretur Christia-

na religio, aut Christiani abuterentur libertate fidei ad obedi-

216. & qui ore feculo, non sensu, Joannes Sarisbar. lib. 4.

C A P U T III

Gregorius Stephano a Chartulario.

Scientes magnitudinem charitatis vestrae toto Dominum corde diligere, ob hoc ea, quae in h. massis de jura quon-

N O T A E

Chartulario.) Valde corrupta est praesens inscriptio, tam in prima quam in sexta compil. In prima legitur, ad

1. de de gestis Longob. In ecclesiastica politica chartularii nomen longe minoris laude dignitatis, probat D. Rochus Pyrho 1. 1.

C A P U T IV.

Idem a Constantino Episcopo.

Licet multum, et infra: Dixit quoque praedictus cæcus, quod ad collectas inter alios pariter compellatur: quod fieri non permittas, quia cum, quem cæcitas sua gravat, inhumanum est nimis in collectione affligere; cui debuerat ex collectis, si esset necessitas, misereri.

N O T A E

Constantino.) Ita etiam legitur in prima collectione, sub tit. de reg. spol. cap. 77. & inscriptionem expolui, ac historiam hujus textus reculi in c. 2. de reg. spol. ubi etiam notavi, quare Pontifex in praesenti de causa collectarum temporali pronuntiavit.

C O M M E N T A R I U M.

Licet verum sit, cæcos, pauperes, miserabileque personas a muneribus omnibus personalibus immunes esse, l. 2. §. cæpori, ff. de vacation. minor. l. unicum, C. eodem tit. l. 10. l. cæcorum, C. de superstitia, l. firmum, §. illam, ff. de consensu, l. cu-

l. raris, §. definitum, & §. impet. ff. de numer. & honor. c. judicatum, 89. dist. l. 1. qui morb. l. 10. probat Solorzanus tom. 2. de jure l. 1. c. 19. n. 28. Michellorum in tr. de

ti rescribere; non quia stricto juris rigore a tributo reali cæcus exemptus sit, ut jam notavit Parladorus l. 1. res. quorid. c. 3. num. 28. unde nimis impudenter Antubolus in

C A P U T V.

a Paschalis II. Comissa b Mathilda.

Pervenit ad nos, quod e Fraxinorensis Abbas Carpensem Ecclesiam fuerit deprædatus, occasione videlicet cupidam censum, qui ad quid solvi debeat, ignoratur, de quo nimirum cum nos Archiepiscopus interrogaret, quod rationabile videretur, respondimus: census enim ignorantia, nec divinis, nec humanis legibus invenitur. Oportet quippe, ut census omnes, ad quid, & quomodo persolvi debeant perscriberentur. Mandamus ergo dilectioni tuae, ut prædam ipsam Carpensem Ecclesie restitui facias, nec deinceps Fraxinorensis Abbatem, aut quemlibet alium in ea inquietare permittas.

N O T A E.

Paschalis.) Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 5. Paschalis II. antea Renatus, vel Raynerius dictus, natione Tuscus, patria Bledanus, monachus Benedictinus, electus Pontifex anno Domini 1099. scripsit varias epistolas, quas refert Baronius anno 12. Vinnius tom. 7. Concilior. cum decem Conciliis ab eo celebratis: plura de eo referunt Baronius dist. anno 199. Ludovicus a sancto Carolo in Biblioth. verba Paschalis 17.

nus in dist. l. 1. C. de fideicom. parexa de instrum. edit. tit. 7. resol. no. 20. Gibalinus de usuris l. 4. c. 6. art. 5. Tapia tom. 1. Capone, l. 4. c. 11. artic. 2. Pro quorum opinionum conciliatione, & praesentis textus expositione sequentes casus distinguendi sunt. Primus est, quando quis censum petiit, & idonee probat illum sibi jam antea solutum fuisse esse censum impositione, quod instrumentis, aliisque legitimis probationibus ostendit: quo casu solutio continuata non tam inducit obligationem solvendi censum in futurum, quam illam probat; & actor non tantum habet intentionem fundatam, sed etiam probationem probatam. Secundus casus contingit, cum quis exigit censum, allegatque solutiones per longum tempus continuatas, veluti per decem, aut viginti annos, & simul titulum ac causam asserit; quo casu quamvis illa non probe instrumentum aliquo, talis continuatio solutionum per decennium cum allegatione veri tituli inducit necessitatem solvendi in posterum, nisi de errore, aut invaliditate tituli, ac causae probatum fuerit: quem casum late examinant Rodriguez d. l. 1. q. 15. Cencius q. 81. n. 8. Daardus de censibus, q. 14. n. 30. Gibalinus d. art. 5. Tertius casus evenit, cum ille qui petit censum, asserit tantum continuatas solutiones 10. vel 20. annorum, non autem titulum, vel causam solutionis allegat; tunc enim ex iteratis solutionibus nullum jus exigendi censum acquiritur. Menchaca illustr. q. 84. Cencius supra, n. 16. Daardus n. 14. Rodriguez n. 2. Si autem tempus longissimum sit, vel immemorabile, tunc praesumitur titulus, atque ideo inducitur obligatio solvendi censum. Cencius supra, n. 26. Menchaca illustr. cap. 84. n. 48. In his casibus diutinae solutionis, si negatur censum, & ita quodammodo deiciatur creditor a possessione illum exigendi, competere remedium recuperandae possessionis, argumento ex lege Aquiliae, ff. de donat. docuerunt Menochius remedi. 1. recuper. ex n. 81. Talschus lit. P. conclus. 447. & lit. S. concl. 388. Mascard. de prob. concl. 1388. Petrus Barboza in l. si de vi, ex n. 133. ff. judic. quorum sententia in praxi sustinenda est; quamvis in puncto juris falsa sit. Nec tunc obstant fundamenta negativa sententiae. Non primum ex praesenti textu, quia Paschalis in eo accipiens censum, cum non constat de titulo, seu causa ipsius census, nec legitimum tempus elapsum est, ex cuius transcurso, secus legitis praestationibus causa praesumi possit. Nec obstat, quod dicebamus, tempus non esse modum inducendae obligationis: quod verum censo, quando in solo temporis cursu creditor fundaret obligationem, non vero quando eam fundaret in consensu tot annis praestito; nam et si eo non nascatur obligatio, nascitur tamen praesumptio certissima obligationis, quae sufficit, ut debitorem ad praestationem compellamus, cum non probe contrarium, ut in praesenti; in qua probatione si deficiat debitor, vincit praesumptio, ut egregie docet nulli postponendum Cajac. l. 29. q. 9. Papin. in d. l. cum in re, & Gilkenius d. c. 4. n. 43. C. leg. Lara d. l. 1. c. 12. n. 5. quos immerito taxat Schiford. d. re. 15. quæst. 5. absurdum existimamus, ex praesumptionibus hanc in rem esse definiendam: cum tamen negare non possit in secunda parte dictæ legis cum de in rem, praesumptionem intervenisse de dote, quia ultra fuerat soluta, ut recte notavit Lara d. num. 5. & Flores d. l. 1. q. 2. num. 14.

C O M M E N T A R I U M.

Ancipis quaestio est; tam apud Scholasticos, quam Forenses Doctores, utrum censum, et si non constat de ejus emptione, sine causa debendi tantum virtute lapsus temporis, & repetita solutionis debeat in futurum? Et pro negativa sententia facit praesens textus, ubi expresse docet Paschalis, non posse monasterium Fraxinorense petere censum ab Ecclesia Carpeni, nisi causa ipsius census liquido appareat; quia census ignorantie divinis, & humanis legibus reprobat: deinde quia tempus non est modus inducendi obligationem, l. obligationum 44. §. 1. vers. Placet, ff. de O. & A. l. si certis 1. l. adversus 3. l. creditor 7. C. de usuris, l. operis 31. ff. de oper. libert. igitur si non constat de causa, sine emptione censum, tempus per se non est sufficiens ad inducendum ejus obligationem, sicut sola cautio sine expressione causae non sufficit ad producendum obligationem, c. si cautio, de fid. instrum. Quibus, & aliis fundamentis moti negativam hanc sententiam tenebant Salazar, de usq. & consuet. c. 9. n. 11. Faber l. 7. consuet. c. 8. Schiford. l. 1. c. 15. per tot. Corraus l. 3. miscel. c. 15. Alciacius in l. si certis annis, n. 10. C. de pactis. Contrarium tamen, ex continuata nempe praestatione censum manere obligatum in futurum eam, qui longo tempore censum persolvit, probatur expresse ex l. cum de in rem verso, ff. de usur. l. 1. C. de fideicom. l. litibus 10. C. de agricolis, l. 11. l. 3. C. de apochis, eod. lib. l. 1. ff. de itinere, alique privato, c. querelam, de election. Quorum jurium argumento affirmativam sententiam in solutione annuorum reddituum, & decimarum, tenebant Menchaca usufreg. c. 43. n. 30. Galpar Rodriguez l. 1. de annu. reddit. c. 15. n. 5. Lara de usufreg. l. 1. c. 12. Avendanno de censib. c. 15. Gilkenius in d. l. si certis, n. 1. Castillo de re. tit. c. 3. n. 27. Flores de Mena l. 1. q. 2. & l. 2. q. 23. Gipa-

C A P U T VI.

Ex Concilio a Lateran.

Cum b Apostolus se, ac suos propriis manibus decreverit exhibendos, ut locum praedicanum auferret pseudo-Apostolis, & illis, quibus praedicabat, non existeret onerosus: grave nimis, & emendatione dignum esse dignoscitur, quod quidam fratrum, & Coepiscoporum nostrorum ita graves in procuracionibus suis subditis existant, ut pro hujusmodi causa ipsa interdum ecclesiastica ornamenta subditi exponere compellantur, & longi temporis vicium brevis hora consumat. Quocirca statuimus, quod c Archiepiscopi parochias visitantes, pro diversitate provin-

ciarum, & facultatibus Ecclesiarum XL. vel L. d. evectio: i numerum; Episcopi autem XX. vel XXX. e Cardinalibus autem XXV. numerum excedant, Archidiaconi vero V. aut VII. Decani constuisti sub ipsi...

NOTAE. COMMENTARIUM.

Aster. Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 6. & reperitur textus hic in Concilio Lateran. celebrato sub Innoc II. c. 4. & ut deducitur ex eodem Concilio, citatur in c. 3. de excessibus Prelat. in 2. collecti. de eo Concilio aliqua notari in c. nonnulli, de rescriptis.

Utrari, & visitari dioceses a propriis Prelatis, & superioribus, antiquissima consuetudo, & bene Ecclesiae coeantia est, more accepto ab Hebraeis, & Gentilibus; in veteri enim lege id docuerunt facto suo sacerdotibus missi a Rege Jolaphat...

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.E.

tuum decem, c. deterrimus 10. q. 1. c. conquirenda, de offi. Ord. Trid. dno c. 3. nisi ex iusta causa, & urgente necessitate necessitate censetur oportere pluries annis visitari, c. excommunicatus, q. admirandis, de heret. cap. visitandi 18. cum seq. 13. quest. 2. docent Azor 2. p. infl. lib. 3. c. 40. quest. 1.

Confessionem etiam Ecclesie Patribus viliam fuit, ut Pralati peregrinos per populum tuum, tempore visitationis aliquod recipere subsidium, c. cavendum 7. cap. inter S. 10. q. 3. c. cum ex officio, de prelat. c. 1. & 2. hoc tit. in 6. Clement. 1. hoc tit. extraneis, excommunicatis, Joann. XXII. de censibus, extraneis, 1. de decimis, inter communit. Div. Gregorius lib. 3. epist. 11. Maxim. Syracul. Episc. Visitatorum Ecclesiarum, clericusque eorum, qui cum ipsis per non suas parochias fatigantur, aliquod laboris sui capere subsidium debent. Jisum manus est, ut illi consequantur subsidium, qui pro tempore suam communitate reparant, obsequium. Et lib. 2. epist. 29. Felix Episcopo. Et lib. 21. epist. 16. Barbola Episcopo. Innoc. III. lib. 1. epistolarum, in electione Galoata, fol. 147. in illi verbis...

Legati provincias obeuntes, & lustrantes, nunquam ante Possessionum Consulens nique ad annum Urbis condite 581. in ulla re oneri, aut sumptu fuerant. Livius lib. 1. de arch. 5. quam paucissimos velut renovans Cicero de se praedicit lib. 4. ad Atticum, c. 10. nullum in se sumptum, cum Provinciae obiret, nec publice, nec privatim laetum esse, nec in quemquam comitum suorum. Quare cum multi Episcopi dioceses lustrando clericos ad inopiam redegerent, ut de Joanne Ravennate Archiepiscopo refert Sigonius de Regno Italiae, ad annum 861. qui acculatus fuit in Synodo Romana sub Nicola I. variis canonibus taxatum fuit, quid procuraciones nomine parochi penderent, ut in Concilio Tolos. can. 4. ibi: Immo parochi denique Episcopi de cetero singulos presbiteros per singulas jacendo cunctas Ecclesias, sicut hactenus non praedat, cum scriptum sit, eisdem evangelizare debere, non turpi lucrati gratia, ne vituperetur ministerium facuum; sed confiderent, & denuntient loci sibi, & populo conventientia, & illuc presbyteri, quotquot possibiles, & moderato provididerit, plebes suas adducant, & ibidem Episcopi praedicent, confirmet, & populi errata inquirent, ac corrigant. Iterum autem, quia Dominica voce datur licentia, ut qui Evangelium annuntiant, hi de Evangelio vivanti, licet Paulus Apostolus nihil horum fuerit usus presbyteri raticone consequantur, ut Episcopi solum habeant, & ipsis non gravetur, quod sit nobis fieri posse viderit, viderit ut quatuor presbyteri ad locum ubi quibus degit, & Episcopus residet, plebes suas de quatuor partibus adduceant, & uniusquisque eorum decem panes, & dimidium modium vini, & fructuum differentem adhibeant, & pullos duros, & ova decem, & modium unum de anno ad cavallas, in subsidium, benedictionis gratia praesent Episcopi, & similiter quantitas, in cujus domo Episcopus residet, faciat. Nec amplius ab eo exigatur, nisi forte ligna, & tenuissima, ut opus ministerii commode. Quapropter Episcopus praedat, ut domus, aut sepes illius a molitris valentur, & Aperius, & distinctus in Concilio Turonensi sub Ludovico II. c. 15. ibi: Episcopi huiusmodi dispendia contenti sint, panes certam, fructibus quatuor, vini sextaria quinquaginta, pullos septem, ova quinquaginta, agnum unum, annonam ad cavallas modios sex, feni corbestres, mel, oleum, ceram, & quod sufficit. Gene. 17. q. 2. can. 4. Cum Episcopus diocesi suae visitat, nulli pre multitudine onerosus existat, nec unquam quinarius (sicut legunt, quinquerarius) numerum erectionis excedat, ut amplius quam una die per unam, & quaque basilicam rememorandi licentiam habeat, & Notavit Sahabedra in Chron. Gen. c. 24. quos veteres canones circa erectiones innovavit Concilio Lateran. in praesenti.

Expositio hinc textus.

Rohibemus etiam, ne subditos suos tallis, & exactionibus Episcopi gravare praesumant. Sustinemus autem pro multis necessitatibus, quae aliquoties superveniunt, ut si manifesta ac rationabilis causa extiterit, cum charitate moderatum ab eis valeant auxilium postulare. Cum enim dicat Apostolus, &c. ut supra.

In praesenti §. agitur de charitativo subsidio, quod PP. Concilium vocant modico subsidio; de quo plura congestit Barb. lib. 3. juris Eccl. c. 21. Licet enim Episcopus non possit novum censum subditis imponere, ut sequenti commentario dicemus: potest tamen petere charitativum subsidium, iusta existente causa, c. nullus 1. q. 1. c. 3. de off. vicari. c. conquirenda, de off. ordin. sicut a Principe seculari ob necessitatem publicam aliquod superinducto nomine existit, l. 1. c. de sumptuositatibus, l. 10. quia tunc non dicitur novus census, sed cessante necessitate ulque nunc intermissus, l. 1. Articulatus, de servit. rusticis. Dicitur autem iusta causa, si proprii redditus non sufficiant Episcopo, cap. cavendum 10. q. 3. si Ecclesia Cathedralis oneretur debitis, cap. ante, §. fin. ut Eccl. benef. si

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.E.

CAPUT VII.

Ex a Eodem.

Prohibemus insuper, ne ab Abbatis, vel Episcopis, aliisve Prælati novi census imponantur Ecclesiis, nec veteres augetur, nec partem reddituum suis usibus appropriare præsumant, sed libertatem, quam sibi majores conservare desiderant, minoribus quoque suis bona voluntate conservent. Si quis vero aliter fecerit, irritum quod egerit, habeatur.

NOTÆ.

EX eodem. Concilio videlicet Later. sub Alex. III. celebrato, ubi e. 7. prohibetur, reperitur textus hic, & in e. 7. hoc tit. in 2. collect. ubi additur, pars capituli cum in Ecclesia, ut cognoscimus in præfati referri secundam partem textus in e. 8. de simon.

COMMENTARIUM.

EX præfati textu sequens committitur deducitur assertio: in eis imponere, aut aliquam partem fructuum sibi referre, non habent, Probant eam textus in e. Ecclesie 9. c. si quis levit. 13. c. gratia 15. hoc tit. c. tua non 11. de jurjur. c. cum clericis 6. de pænit. c. quod plurimum, de immo. Eccl. c. 10. qu. 3. c. nullus 24. 11. qu. 1. c. nulli 27. 12. q. 1. c. nulli 29. 16. q. 1. c. pastoralis 9. de his que sunt a Prælat. c. non vest. omnibus, in Eccles. benef. c. avaritia 10. de prob. 4. de error. 5. §. ult. de trans. Clement. univ. de supplic. negl. Concil. Tol. c. can. 51. ibi: Quod si aliquid in monachis canonicis interdium præsumperit, aut usurpare quippiam de monasterii rebus tentaverit, non deest ab illis sententia excommunicationis. Aurel. 1. can. 21. Concil. Arlet. 3. can. 1. Hesperia 2. can. 11. Carth. can. 17. ibi: Inventum est, quod in quibusdam locis in censum annis singulis dare: quod penitus abolendum esse decrevimus. Nican. 2. can. 12. can. 35. aliar. 37. Apoll. Faciunt textus in l. 1. 2. c. 3. c. de pænit. publica lib. 1. c. 3. c. de pænit. publica lib. 1. c. 3. Illustrant ultra congestos a Barboza, & Garanna hic, Cujacius in cap. 18. de pænit. & in cap. novissime, de probat. Antonius August. in cap. 18. de pænit. 29. Gothofredus in can. 39. Apoll. Lotherius lib. 1. de 74 benef. cap. 26. n. 5. Roussius lib. 5. lib. 3.

Sed hæc assertio difficilius redditur sequenti juris consideratione; nam sæpe sæpius legitur in jure pensiones sæpe imponi beneficiis tantum auctoritate Episcopi, c. 3. de offe. vicar. c. per litteras de donat. c. pænit. de 7. §. c. nisi assenti 21. c. excommunicatus, §. qui vices de prob. 8. in Legato a latere idem probat Casar de Eccl. Hierarch. dist. 3. §. 2. n. 26. Igitur inferiores Prælati possunt constituere novos census in Ecclesiis sibi subiectis. Augerur hæc difficultas ex eo, nam dum constituitur Ecclesia, censur, aut similes pensiones possunt constitui ab Episcopi, & aliis Prælati, cap. Eleutherius 18. quæst. 3. capite scilicet 3. h. tit. cap. univ. in Eccl. cap. cum dilectis 8. de consue. cap. institutus 6. de relig. hominibus, docent Gigas de pænit. q. 6. novit. Rebuffus in praxi tit. de pænit. n. 111. Rochus a Curie de jurpatron. verbo vitiæ, n. 7. sed ipsa Ecclesia constituta manet sub jurisdictione Episcopi, c. omnes 16. qu. 1. Ergo etiam auctoritate potest novus census constitui, vel antiquus augeri.

Qua dubitanti ratione non obstanti vera est præfata assertio, pro cuius expositione sciendum est, censum a verbo censæ derivari, quod Rome significat facultatem altinare, & in publicis tabulis referre, nec solum facultates, sed etiam capita civium, & cuiusque statum describere, juxta illud Ciceronis lib. 1. de legibus, ibi: Censures populi, civitates, locales, familias, personarum censetur. Et sic census est descriptio, & estimatio patrimonii, & matricula universorum civium, qui tam Rome, quam in provinciis debebant. Describatur patrimonium tunc ad distinguendum ordinem Senatorum, Equestrum, & plebeorum, ut eleganter ait Budæus in 1. par. 2. not. ad Pandectas, in l. fin. ff. de Senator. Patrimonium estimabatur ut tributum perolveretur, Hispanice, El padro, o en cabecera: l. quisque 64. ff. de acquit. rer. domini. ibi: Que quisque aliorum in censum deducit, nihil magis eius fuit. De hoc tributo patrimoniali interpretatur textus in l. 2. ff. de censibus, quos intellectum non assequitur Accursius, verus enim est, quod si estimatio patrimonii pro solvendo tributo ex errore, vel vicio facta sit, talis estimatio evanescit novis possessionibus, idest dum tributarius novæ, & vere proficitur suum patrimonium. De hoc etiam tributo intelligo legem census, ff. de probat. ubi Marcellus ait: Censuræ, & monumenta publica pariter referunt esse Senatorum censuræ. Sed versutè, in ea lege vulgari metaphora continens pro contento sumi, hoc est, censum pro libro, in quo patrimonium describatur, ut notat Pellicanus supra: quemadmodum alias simili etiam figura patrimonium ipsum, quod censebatur, census appellatur juxta illud Ovidii 1. Fastor.

Dni census honoris, Censuræ amicitias. Et alibi: Turpis ubi redditis census augere paternos. Sic accipio legem censi, ff. ad 2. legem liberto 21. §. fin. ff. de annu. legat. De personali censu intelligo legem ultimam, ff. de censibus, legem generaliter 32. §. ult. ff. de usufruct. legat. Et quoniam tributum, cui solvendo census agebatur erat duplex,

capitis, & patrimonii, d. l. fin. de censibus, §. Divi Vespasiani ibi: Sed tributum his censibus capiti, sed D. Titius, etiam solum immane saltem interpretari est; de tributo capitis interpretatur textus in leg. statum, ff. de censibus: ad quem verummodum census describeretur, constat ex Ulpiano in l. formæ consuetud. ff. de censibus. Sed obiter adverteo, provinciales aliquæ jure Italico gaudere, hoc est, immunitatem retributorum privilegio eis concessam esse, de qua loquitur textus in l. Colonia, l. finali, de censibus; unde in Hispania notam est nomen Nobilibus, qui sunt immunes a tributo, id est, que non pectunt; quod isid. d. d. algei, id est Italicos, seu jure Italico gaudere appellamus, ut probat crudite Cov. in 4. var. c. 1. n. 11. Præterea cum non omnes patrimonium habent, quibus censentur, solo capite censentur, quos Cicero in oratione pro Flacco, homines egeres, sordidos, sine honore, sine censu vocat, & paulo honestiori vocabulo proletarios, quod solum solum Republicam iurant, appellates fuisse refert Aulus Gellius lib. 16. nocturno, 4. 10. Quin etiam census adjectivum nomen divitem significat ut apud Ciceronem ad. 3. in Verrem, ubi notavit Alconius Redianus: sic accipitur in lege Viconia, qua cavebatur, ne qui census esset, sine cuiusquam relinquere legatario, quam ad hæc redes perveniret, princip. Instit. de leg. Falcid. ubi notatur Hostianus, & Baldinus. Et licet aliqui docti viri ad hæc censum, & tributum rationem referant textum in l. etiam 27. ff. de probat. lallucur, siquidem in ea agitur non de professione patrimonii, quæ Romæ apud Censores sebat; sed professione filiorum, quæ apud Præfectum erari pro parentis sebat, de qua agitur in l. cum de state, l. Imperatoris, §. fin. ff. de probat. neque professio, Co. de testam. l. etiam nulli, Co. de probat. l. c. si minor se majorem; & dicimus in e. 6. de despons. simpul. Tandem census accipitur pro tributo, professione, vel pecunie collatione, l. 2. Coda sine censu, vel reliquis. Unde dum D. Mattheus e. 2. ait: Lacer censum dare Casari; apud Joannem legimus, Tributum dare Casari. Optimus textus in l. 8. tit. 2. pariet. 1. Inde census accipitur pro eo, quod annuatim præstatur, vel in recognitionem subjectionis, c. scripturas, de piro, vel ratione fundationis, cap. quosiam, de jurpatron. vel ex alia causa, de quibus in hoc tit. Hinc etiam vocatur census contractus, de quo res aliquid conceditur pleno jure, ita ut in acceptem transferatur directum, & utile dominium, reservata concedenti aliqua pensione annuatim perfolvenda in recognitionem præsenti domini: de quo contractu accipiuntur sunt textus in e. 1. de integram restit. c. constitutus, de relig. domini. Denique paulatim transit significatio, census accipitur apud nos pro quodam contractu, in quo quisque sui percipiendi, ab alio pensionem ad certum terminum solvendam: Hispanice dicimus Juros, & censos, de quibus peculiares tractatus ediderunt Eduardus, Felicianus, Ayendanno, Gaspar Rodriguez, & novissime plura adduxerunt Leonardus, & Gibalinus in suis tract. de usuris, Salgad. in labyrinth. passim.

His præmissis, ratio quare non licet Episcopo, Abbati, & aliis Prælati novos census imponere Ecclesiis sibi subiectis redditur in præfati textu in illis verbis: Sed libertatem, quam sibi majores conservare desiderant, minoribus quoque suis bona voluntate conservent. Quæ deducitur ex illa communi ratione, quod quis sibi fieri non vult, alteri ne faciat: quam eleganter assignavit Leo Papa epist. ad Anastasium I. basilian. in hæc verba: Sicut non vult gravi onere sarcinam ferre, ita nec audeat alii imponibile pondus imponere. Ratio autem hujus rationis, quare videlicet nec majoribus licet novos census inferioribus imponere, aut veteres augere, ex eo provenit, quia horum censuum impositio nimis gravosa Ecclesiis est: quare similes impositiones sacri Canonis semper improbarunt, c. 1. de consue. c. suggestum, de decimis, præsertim quia hujusmodi novæ impositiones ex avaritia provenire crederunt, quam sacri canones maxime detestantur, c. avaritia, de prob. c. tua, de jurjur. Accedit & alia ratio, quia videlicet ex tali census impositione alienatio rerum Ecclesiæ sequitur, & per consequens sine causa & debitis solemnitate fieri non potest, ut probat Garanna in præfati.

Nec obstat dubitanti ratio supra adducta, nam aliud est census perpetuus Ecclesiis imponere, aliud vero ad vitam Rectorem certam pensionem in favorem tertii constituere. Census perpetuus imponere ab Ecclesiæ Patribus, Episcopis, & ceteris Prælati prohibetur, at vero quoad vitam Rectorem certam pensionem beneficiis imponere Episcopi permittitur, ut ex iustis causis, quas retuli in e. nisi essent, de prob. & tradunt Lotherius dista q. 58. Tondutus in ex. de pensionibus. Nec etiam obstat augmentum ipsius difficultatis: nam præfatum Concilium Later. constitutionem, dum in ea prohibetur Episcopis, Abbatis, & aliis Prælati, ne Ecclesiis novos census imponant, sic accipiendam monet omnes repetentes, cum scilicet novi census imponantur jam constituta Ecclesiæ, nam dum ipsa fundatur, census imponi posse, sive ab Episcopis, sive a Patrois, statuitur in iuribus supra citatis. Nec tunc obstat textus in e. Eccl. 9. h. tit. ubi docetur non licere Episcopis censum imponere Ecclesiis, quas noviter de manibus laicorum eripiuntur

igitur quia nec in ipsa fundatione potest ab Episcopo novus census imponi. Nam respondetur, tempore fundationis posse Episcopum censum imponere. sed in d. c. Ecclesie, est Episcopus de novo Ecclesiam de laicorum manibus liberavit, non ideo cum fundavit, quia ad hoc officio tenebatur, c. 2. de donat. c. 3. de relig. domib. & ita cum ex debito officio tenebatur Ecclesiam recuperare, non ideo poterat censum illi imponere.

Ex supra traditis accipit lucem textus in e. nullus 1. q. 1. ubi D. Greg. ait: Nullus Episcopus gravamen, seu servitium servitium ex se contra Ecclesiam imponat, seu clericis imponat. Ubi difficultas fuit illa verba, ex se, in quibus significari videtur, servitium constitutum, seu censum antiquum non posse ab Episcopo exigi: igitur non solum novos census, verum nec veteres exigere Episcopi ab inferioribus Prælati licet. Aduerget hæc difficultas in e. servitium 18. q. 2. ubi Urbanus II. contrarium statuit his verbis: Servitium quod monasteria, aut eorum Ecclesia a tempore Gregorii VII. usque ad hoc tempus servit, non est censum. Pro cuius difficultatis solutione Glossa ibi excidit verba illa, ex se, non importare antiquam perceptionem census, seu servitii: sed significare idem ac, non allueat gravamen, seu servitium Abbatis, vel clericis imponere. Sed omnia hæc verba illa, gravamen, seu servitium servitium, intelligenda esse de sordidis matribus, de quibus in leg. liberto 17. §. exigentis, ad monach. l. 13. cum seq. C. de excess. minor. lib. 10. l. 1. C. de pænit. domus Monach. lib. 11. l. 13. c. 18. Cod. Theod. de sordidis matribus, que Episcopi exigere nequeunt etiam præterito conclusivum, lib. 1. Cod. de Episc. c. cleric. est etiam in pecunia constitutum, contrarium intendit. Duarenus lib. 2. de sac. Eccl. missal. cap. 4.

Deinde supra traditis obstat textus in cap. præfati 8. hoc tit. ubi docet Alex. III. quod illi, qui Episcopo ignorante auctoritate sua pensionem annuatim de Ecclesiæ collatione facta solvant, aut recipient, eis pensionis defunctis, hi qui per Episcopum, vel ministrum potestatem ejus auctoritate indutendi personam habentem, sui recipientis canonem receperint, in receptione pensionis non sunt aliquatenus audiendi, præsertim si Pontificis, aut alterius, qui de jure id facere potuit, auctoritatem intervenisse non confiterentur. Ex quibus ultimis verbis ibi, si de Pontificis, non alterius, aperte constat, tantum presbyteri simplicibus prohiberi novos census imponere Ecclesiis, Pontificem vero, & Episcopos, eos rite imponere posse. Agnovit difficultatem Glossa ibi, quæ existimat, intervenisse jura causa recte posse Episcopum, est non sibi, aliis tamen novam pensionem constituere. Moverat ex hoc nostro textu in illis verbis: Sui usus approbatione, que significat prohibitionem hæc esse tantum, ne Episcopi pensionem sibi constituent, alii vero constituant, non prohibetur: quod & tenet Glossa in Clement. univ. de supplic. negl. quam sequuntur Abbas, Innocentius, Anton. Cardinalis in præfati, quasi præfati prohibito respectu Episcopi, exemplo tutoris fit, qui est ad aliena negotia possit auctoritatem commodatam, sibi tamen auctor fieri nequit, l. 1. l. pupillus 5. ff. de auctor. tut. cum. Quæ solutio refertur tam ex generalibus verbis præfati textus; tum ex eo, quia in qualibet census impositione alienatio non patet alienationem celebrare per sine consensu Capituli, c. sine approbatione 12. q. 2. cum aliis congestis in cap. ult. de reb. Eccl. Igitur nec pro aliis Episcopi potest novum censum imponere. Quare aliqui existimant verba illa, Aut alterius, qui de jure id facere poterit, intelligenda esse

de Episcopo cum auctoritate Capituli. Sed nec hæc solutio placet, quia si de Episcopo, & Capitulo Alexander Pontifex ageret, non singulari nomine veretur ibi, alterius; sed plurali. Deinde hujusmodi auctores non explicant verba illa, collatione facta; non enim creditur, quod collatione interveniente ipsa causa dari possit, cur Episcopus huic alienationi consentiret. Alii tandem existimant, textum illum procedere ante præfatum prohibitionem Concilii Lateran. in quo specialiter cautum fuit, ne Episcopi novos census, aut veteres augere possent. Sed hæc etiam solutio convincitur ex ordine hujus compilationis. Quare his solutionibus omnibus, dum alius meliora asserit, existimo, in d. cap. præfati, verba illa, collatione facta, vel ut vulgo legitur, illatione facta, significare transactionem factam inter possessorem Ecclesiæ, & aliam tertiam, qui eo pacto voluit obligare etiam post mortem suam Ecclesiam, quod scire non poterat sine auctoritate Episcopi, cap. de cetero 5. de transact. ubi docetur transactione facta ignorante Episcopo, & constituto censu, non durare ejus obligationem, nisi dum vivit qui transactione; accedente vero Episcopi consensu deducitur, obligationem durare: quod etiam docetur in d. cap. præfati, non enim simplices sacerdotum possunt Ecclesiis, quibus præfati, præfatum post decessum suum constituere censuales, etiam ex causa transactionis; at vero accedente Episcopi auctoritate similem pensionem constitui posse: & ita textus in d. cap. præfati, loquitur in causa transactionis; nam si de vera collatione ageret Alexander, ipsi contrahentes privarentur beneficio, ex c. cum clericis 6. de pænit. cap. cap. clericis 11. hoc tit.

Deinceps supra traditis obstat textus in cap. cum venisset 9. de reb. spol. ubi idem Alex. III. statuit, licitam esse unionem cuiusdam Ecclesiæ factam per Eboracensem Archiepiscopum cum Canonici Sanctæ Trinitatis: & similiter validam fuisse reservationem pensionis ab ipso factam, ut constat ex illis verbis: Et interea auctoritate ipsius Archiepiscopi idem C. ipse Canonici annuatim solvere pensionem. Igitur quia Archiepiscopus potest novam censum Ecclesiæ sibi subiectis imponere. Cui difficultati, ut satisfaciatur Gregorius, & alii antiquiores ibi, docent Archiepiscopum in ea specie non constituisse pensionem illam de novo solvendam ipsi monasterio, sed antea constitutam, & sibi debitam transalisse in monasterium, & juxta hanc intellectam, ejus textus casum referunt Baldus, & Abbas: sed ut jam notavit Hostianus, ea interpretatio repugnat verbis illis: Auctoritate ipsius; que significat pensionem auctoritate Archiepiscopi de novo impostam fuisse, & ita putat, inferiores Pontifices posse ex jura causa constituere annuatim pensionem ex redditibus Ecclesiæ alius solvendam; quod docuerunt Felinus in cap. ad audientiam, d. 2. n. 2. de rescript. C. gas de pænit. quæst. 6. Rebuffus in praxi, tit. de pænit. n. 106. Corraus de succed. l. 1. §. 4. qui expendunt textum in capite nisi essent 21. capite extirpanda, §. qui vero, de probat. eoque sequitur novissime Tondutus de pænit. capite 3. Nec tunc obstat præfatum Concilium Lateran. prohibitio, quia ut ipsi docent, procedit in causa perpetuo ipsi Ecclesiis impostis, non vero in pensione ad vitam Rectorem constituta, seu temporaria, de qua in dictis iuribus, & in capite querelam, post Concilium Lateran. cap. 28. Sed facilius, veriusque exponitur textus in d. cap. cum venisset, si ejus integram consulam, ubi hæc verba legantur: Non postmodum ipsam constitutionem, seu pro ipsius Archiepiscopi diligenter inspecto, auctoritate Apostolicam duximus confirmandam. Unde cum auctoritate Sammi Pontificis pensio constituta esset, & ejus validitate ambigendum non est.

CAPUT VIII.

Alex. a Voigorn. Episcopo.

Præterea illi, qui Episcopo ignorante, auctoritate sua pensionem annuatim de Ecclesia quadam illusione solverint, sive receperint, eis defunctis, nisi ab illis, qui per Episcopum, vel b ministrum ejus, auctoritatem insituenti personam habentem sui recipientis canonem receperint, in receptione pensionis non sunt aliquatenus audiendi, præsertim si Pontificalem, aut alterius, qui de jure id facere potuit, auctoritatem, & assensum non intervenisse confiterentur. Non enim simplices sacerdotum vel clericis possunt Ecclesiis, quibus præfati, auctoritate sua, præsertim post decessum suum, censuales effocere.

NOTÆ.

Voigorn. Ita etiam legitur post Concilium Later. p. 23. c. 9. & in prima collect. sub hoc tit. c. 8. ubi additur, pars capituli Monachorum, ut cognoscimus in præfati referri partem textus in e. monachorum, qui clerici vel cor. ubi extat prior pars hujus decretalis. b Ministeriales.) Archidiaconum videlicet, vel Vicarium, de quibus egi in capite 21. de substitutionibus, & textum hunc expoliti commentario antecedenti.

CAPUT IX.

Idem a Carnot. Episcopo.

Ecclesiis autem, quas de novo Episcopi de manibus laicorum eripiunt, præter b cathedraicum, juraque omnia, que aliis Ecclesiis imponuntur, non videmus exactorem imponendam. Quin novis exactioibus decreto nostro prohibemus generaliter amodo Ecclesiis prægravari.

BIBLIOTECA CENTRALIS U.A.M.I.

NOTE.

Arner.) Ita etiam legitur in 1. collect. sub hoc tit. c. 1. sed rectius post Concilium Later. p. 2. c. 8. habetur...

C A P U T X.

Idem

Innovamus. Et infra: Nec quisquam alicui novas b pedagiorum exactiones sine auctoritate e Regum, & Principum consensu statuere...

NOTE.

Idem.) Alexander videlicet III. in Concilio Later. can. 22. ut notavi in c. 2. de regum, & pape, ubi exposui...

Dem.) Pedagogium proprie est tributum, quod exigitur pro transitu pedestri; sed late pro qualibet exactione ponitur...

COMMENTARIUM.

Tributa vestigialive tantum imponere potest Princeps non recognoscens superiores, seu Respublica libera, l. vestigialia, ff. de publicanis, l. 5. c. 3. C. vestigialia nova...

dra, quia praeferat Episcopo ob honorem cathedrae, Conc. Brachar. 2. can. 2. Toler. 7. can. 4. Cathedra autem in sacris canonibus significat principale munus Episcopii...

mini principales ob malas consuetudines, idest novas, & improbas exactiones, ut refert Robert. Montensis ad an. Christi 1166. Vvillelmus Talavacius, Comes Sagienfis...

C A P U T XI.

Idem a Cantuar. Archiep.

CUM Clerici. Et infra: Ad haec quia sunt Clerici quidam, qui cum religiosi viris collusione facta, citra auctoritatem Diocesani Episcopi Ecclesias quas tenent...

NOTE.

Anuar.) Ita etiam legitur in capite 17. de simon. in prima collectione, & in cap. cum clericis, de pallis...

prima collectione, & in cap. cum clericis, de pallis, ubi integram litteram hujus textus dedi, & similiter commentarium invenimus supra in cap. probabimus.

C A P U T XII.

Idem

EA que de avaricia, & cupiditatis radice procedunt, & in speciem simoniaca pravitatis erumpunt, penitus extirpanda sunt: & que de tribulis, & spinis procedunt...

NOTE.

Idem.) Ita etiam legitur in 1. collect. sub hoc tit. de simon. c. 15. ex qua litteram transcribo post Conc. autem Lat. c. 2. c. 5. legitur, idem in Conc. Turon. sed rectius emendavit...

c. 20. ibi: Eichelhoffus eas insula partes, quas pater imperio acquiserat, Pontifici Leoni IV. vestigiales fecit, Inam, & Offam Reges predecessores imitatus...

COMMENTARIUM.

IN secunda parte hujus textus, quam in presenti transcripsit Raymundus, agitur de censu, seu tributo, quod denarium D. Petri Latine, Anglice vero Ramsforth, dicebatur...

quoque totius fere insulae imperium. Unde in legibus Angliae & statutis Willelmi secundi, titulo de denario S. Petri, ita legitur: Omnis qui habuerit 200. denarios vixit pecunia...